

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9019

Auteur(s) : Achard, Avranches (évêque)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1161-1162]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Achard, évêque d'Avranches, confirme l'accord intervenu entre Savigny et Payen de Saint-Brice à propos des biens du prieuré de Virey.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, Arch. Nat., L 978, n. 1355.

Éditions principales

a. POULLE, Béatrice, Le chartier de Savigny : Liber cartarum, capitula cartarum in episcopatu abrincensis, édition inédite, p. 29-30.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, « episcopatu Abrincensi », n° XVII)

Achard évêque d'Avranches (1161-1171) ; Guillaume abbé de Savigny (1161-1163) ; cet acte est mentionné dans la charte de Raoul de Fougères et la confirmation d'Henri II Plantagenêt, datées de 1162.

Texte d'après A

Ad pacis custodiam sine scissura discordie per secula servandam, commutationis conventionem inter conventum Savigneii et Paganum de Sancto Bricio uxoremque ejus et filios habitam ego Achardus Abrincensis episcopus ratam fore decerno et, ut inconcussa in perpetuum permaneat, presentis scripture documento et sigilli nostri impressione communio. Noverint ego universi matris et ecclesie filii conventum Savigneii et predictum Paganum concorditer constituisse quatinus omnia que monachis Savigneii sive in ecclesiis sive in prediis collata fuerunt ad opus monachorum apud Vireium commorantium deinceps in perpetuum a monasterio Savigneii possiderentur. Monachi autem qui apud Vireium erant conventui suo Savigneiensi scilicet sociarentur, hoc excepto quod quicquid monachi Savigneii habuerunt in Vireio predicto Pagano concesserunt, excepta quadam terra que ab antiquo ecclesie Gervasii et Prothasii in elemosinam concessa erat et excepta ecclesia Virei quam monachi Savigneii cum omnibus pertinenciis suis libere possidebunt. Paganus vero pro terra et pro aliis sibi in Vireio concessis, id est molendino et piscaria et bosco, monachis Savigneii dedit juxta forestam Savigneii totam terram que vocatur Meliun et totam masuram que vocatur Aurineria et campum qui vocatur Gernon et masuram Aucherii cum omnibus earum pertinenciis, insuper et in parrochia Maidreii terram Marigneii et totum dominium suum de maretis Maidreii que Ranulfus Virei predecessor ejus antiquitus monachis donaverat. Hec omnia quieta et ab omni servicio sibi vel alii

faciendo libera monachis Savigneii tradidit, et si quispiam aliquid servicii vel juris in predictis terris reclamaret, per se vel per heredes adquietandas terras firmiter promisit. Dedit etiam monachis Savigneii juxta cimiterium Virei duas acras terre omnino liberas. Ipsi autem Pagano et filiis ejus ab abbate Savigneii concessum est quatinus apud Savigneum monachi efficerentur secundum ordinis instituta si vellent quod si in seculari habitu vitam finirenttam ipse Paganus quam uxor ejus et filii in cimiterio Savigneii sepulturam haberent et tam in vita quam in morte, orationum, elemosinarum et omnium beneficiorum participes essent quemadmodum fratres speciales et loci ipsius fundatores. Testibus Fulcherio et Godefrido archidiaconis, Guilleberto cantore, Hugone thesaurario, magistro Henrico, Guillelmo abate Savigneii, Guillelmo et Petro monachis Savigneii.